



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Seelen-Hülff Für Krancke und Gesunde**

**Nakatenus, Wilhelm**

**Cöllen, 1681**

Evangelium S. Joannis. In principio, &c.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60112](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60112)

Petri & Pauli, & omnium Sanctorum, sit  
tibi clemens & propitius. Amen.

℣. Dominus vobiscum. ℞. Et cum Spirit.

*Evangel. Marc. 16. ad libitum recitandum.*

**I**n illo tempore, recumbentibus undecim discipulis, apparuit illis Jesus, & exprobravit incredulitatem eorum & duritiam cordis: quia his, qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt, & dixit eis: euntes in mundum universum prædicate Evangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo dæmonia ejicient, linguis loquentur novis: serpentes tollent, & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit; super ægros manus imponent, & benè habebunt.

*Vel legatur sequens Evangelium.*

Dominus vobiscum, &c. ℣. Initium S.

Evangelii secundum Joannem.

℞. Gloria tibi Domine.

**I**n principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia

per

per ipsum facta sunt : & sine ipso factum  
est nihil quod factum est: in ipso vita erat,  
& vita erat lux hominum, & lux in tene-  
bris lucet, & tenebræ eam non compre-  
henderunt. Fuit homo missus à Deo, cui  
nomen erat Joannes. Hic venit in testi-  
monium, ut testimonium perhiberet de  
lumine, ut omnes crederent per illum.  
Non erat ille lux; sed ut testimonium  
perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ  
illuminat omnem hominem venientem  
in hunc mundum. In mundo erat, &  
mundus per ipsum factus est, & mundus  
eum non cognovit. In propria venit: &  
sui eum non receperunt. Quotquot autem  
receperunt eum, dedit eis potestatem  
filios Dei fieri: his qui credunt in nomine  
ejus. Qui non ex sanguinibus, neq; ex vo-  
luntate carnis, neq; ex voluntate viri, sed  
ex Deo nati sunt. **ET VERBUM CARO**  
**FACTUM EST:** & habitavit in nobis,  
& vidimus gloriam ejus: gloriam quasi  
unigeniti à Patre plenum gratiæ & veri-  
tatis. **R.** Deo gratias. **Benedictio**  
**Dei omnipotentis Patris † & Filii †,**  
**& Spiritus † sancti descendat super te,**  
**& maneat semper. R.** Amen.

**Sie**